



**Elementa Doctrinae De Circvlis Coelestibvs, Et Primo  
Motv**

**Peucer, Kaspar**

**Vitebergae, 1576**

**VD16 P 1990**

De inueniendo arcu æquatoris, qui noto Eclipticæ arcui respondet, seu de  
inuenienda ascensione alicuius arcus Eclipticæ, in quocuncq[ue] sphæræ  
situ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56559)

alterutro, qui notus est, latitudinem regionis notam  
esse necesse est, seu poli exaltationem. Ea enim tabu-  
lam demonstrat, ex qua vel Eclipticæ vel æquatoris  
arcus depromendi sunt.

De inueniendo arcu æquatoris, qui  
noto Eclipticæ arcui respondet, seu de  
inuenienda ascensione alicuius ar-  
cus Eclipticæ, in quocunq;  
sphæræ situ.

C V M arcuum Eclipticæ notorum ascensionem  
quærimus ingressu laterali, duo semper noti offerun-  
tur numeri, quorum alter gradus scrupulq; eclipti-  
cæ, quorum ascensio indaganda est, alter latitudinem  
regionis, quæ inueniendæ vcræ ascensioni seruit,  
complectitur. Aut igitur vterq; integris constat gra-  
dibus, aut alter præter integros gradus scrupula ha-  
bet, alter his caret, aut vtriusq; gradibus scrupula ad-  
herent.

Primo, quando vterq; scrupulis destituitur, &  
integris definitur gradibus, pro felis angularis in area  
signo signiq; gradui communis, offert & exhibet  
ascensionem quæsitam, vt antea ostensum est.

Secundo, quando alteri scrupula adiuncta sunt,  
vt vel latitudinis, vel Eclipticæ gradibus, tabula



non suppeditant exactam ascensionem, arcui Eclipticæ proposito congruentem, sed proxime minorem, quam parte proportionali addita vel detracta corrigimus. Additur autem ea, quotiescunque ascensiones crescunt, aufertur, cum minuuntur & decrescunt. Ut, cum quarimus ascensionem obliquam 14. gradus Leonis, in regione cui polus extatur 51. gradibus, 50. scrupulis: latitudini scrupula annexa sunt, quibus quanta respondeat pars proportionalis, sic scrutamur. In tabula ad latitudinem graduum 51. minorem cum 14. Leonis emergit 114. grad: 47. scrupulum æquatoris. In sequente ad latitudinem 52. grad: maiorem 113. grad. 16. scrup. Differentia horum arcuum, scrupulorum est 51. pars proportionalis adhaerentibus minutis respondens secundum proportionem 60. scrupulorum ad differentiam inuentam, est 43. fere scrupulorum. Hæc detracta ab arcu æquatoris, ad minorem latitudinem reperto, scilicet 114. grad. 47. scrup. (Decrescit enim ascensio in latitudine sequenti) ascensionem 14. Leonis veram in regione cui polus 51. grad. 50. scrup. eminet, residuam facit 114. grad. 4. scrup.

At cum indagamus ascensionem 14. grad. 45. scrup. Leonis in regione, cui polus 51. grad. extat, latitudo absq; scrupulis est, sed arcui Eclipticæ

N 3 scrupu-



scrupula adsunt. Partem proportionalem, his congruentem, proportio 60. scrupulorum ad differentiam duarum ascensionum, quarum unam minorem ad 14. alteram maiorem ad 15. in area tabulae offendimus, ostendit. Cum 14. gradu Leonis, 114. grad. 47. scrup. cum 15. sequente 116. grad. 12. scrup. equatoris assurgit, differentia 85. scrupulorum est, pars proportionalis 64. scrupulorum, quae minori & primae ascensionis adiuncta (augetur enim sequens) 115. grad. 51. scrup. gignunt, veram scilicet ascensionem 14. grad. 45. scrup. Leonis.

Tertio, quando uterque numerus scrupulis constat praeter integros gradus, partes proportionales, utrisque scrupulis, cum arcuum Eclipticae, tum graduum latitudinis convenientes inquirimus, & primo inuentis ascensionibus, vel coniungimus ambas, cum crescunt, vel deducimus ambas, cum deficient, vel alteram adiicimus, alteram detrahimus, prout ratio augescentium & deficientium ascensionum exigit. Ut cum inuestigamus ascensionem 14. grad. 45. scrup. Leonis, in regione cui polus 51. grad. 50. scrup. eleuatur. In tabula latitudinis 51. grad. cum 14. grad.  $\alpha$ . equatoris 114. grad. 47. scrup. cum gradu 15. sequente 116. grad. 12. scrup. extollitur. Differentia 85. scrupulorum est, pars proportionalis scrupulis graduum Eclipticae

conueni-



conueniens 64. scrupulorum addenda. Ascensio  
igitur vera 115. grad. 51. scrup. In tabula lati-  
tudinis 52. grad. cum 14. grad. eiusdem signi, 113.  
grad. 65. scrup. cum 15. sequente, 115. grad. 23  
scrup. æquatoris educitur. Differentia est 87. scrup.  
ars proportionalis adijcienda 65. scrup. Vera igitur  
ascensio eiusdem puncti Eclipticæ in obliquitat e  
obseruata 52. grad. est 115. grad. 1. scrup. Diffe-  
rentia Ascensionis veræ utriusque repertæ in diuersis  
latitudinum tabulis, 50. est scrupulorum,  
ars proportionalis secundum proportionem 60.  
differentiam ascensionum, congruens scrupulis  
latitudini adhaerentibus, est 41. scrup. detrahenda  
ascensione vera primo inuenta in tabula latitu-  
dinis 51. grad. decrescunt enim in sequenti ascen-  
siones. Detracta igitur ex 115. grad. 51. scrup.  
arcum Eclipticæ dati producit ascensionem  
115. grad. 10. scrup.

De inueniendæ arcu Eclipticæ, qui datæ  
ascensioni respondet, id est, qui  
cum præfinito æquatoris  
puncto emergit.

CVM arcubus æquatoris (quos ascensiones  
Eclipticæ vocamus) cognitis, loca Eclipticæ

N 4 cæ con-